



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

[Secunda pars principalis.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

vt. 12. q. 1. habebat, Quintò similiter expedit pauperibus ecclesias reparari, in quibus conueniunt fideles: & inuitantur ad pauperum subuentiones, & alia pia opera. Sextò quia ecclesia pauperes, sunt in numero pauperum cum suis ministris, ne populo desit spirituale alimentum, verbi Dei. 8. q. 1. audacter. de offi. or. inter cetera. ergo poterunt recipere. Io. An. dixit disputatam questionem Bön. per fratrem Pontium: & cõclusum, quod episcopus potest, si ecclesia indiget, & non habet unde pauperibus. satisfaciat aliunde. Si verò pauperes fame pereunt & ecclesia non indiget, sed habet unde sibi subueniat, secus est. & ita sequitur Io. And. & disputando tenuit d. Recuperus de sancto Miniato, & Dom. in. c. fin. S. 1. de testa. lib. 6.

S V M M A R I V M.

1. Executoris commissarijue datiui munus & officium summatim compendioleq; & eleganter.
6. Quaro † quartò, quid agere debet executor commissariusq; datiuus? Et Specu. in. S. nũc aliqua. ver. datiui. tenet, quod gubernare se debet ad modum testamentariorum.

Nam prudenter administrationi accedet, consulte cauebit, repertorium inuentariumq; conscribet, cum collegis conferet, debitores excitabit, ac exiget: legatarios aliosue defendet, in possessionem inducet, bona vendet atq; distribuet: diligenterq; rationem de singulis reddet. de quibus quoniam abundè scriptum, ultra non prosequor.

Tertia pars principalis.

De sine ac exitu commissariorum, & eius partitione.

S Y M M A R I V M.

1. Executor testamentarius quod emolumentum ex officio consequatur, quæq; merces perfuncti muneris ei pendatur.
2. Minister nudus, quis dicendus.
3. Minister nudus nihil potest retinere pro se.
4. Executor an possit nudam facti executionem alij demandare.
5. Executor testamentarius causam agit sine sumptibus. & Quomodo id accipiatur. num. 6.
7. Executor testamentarius quos habeat iudices & num. 8.
9. Executor testamentarius: quid sibi possit iure retinere.
10. Executori adferenti se quid impendisse in pias causas, creditur. limit. num. 11. 12.
13. Executor possit ne se excusare ab executione sibi delata. & quibus ex causis.
14. Executor, & tutor, æquiparantur.

15. Exe-